

M

I

M

1

6

4

8


~~C. B. J.~~
Ll, 2, 3.


30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Glauchensis









Frankfurter Personalschriften.

168

Gedichte zu Hochzeit, Tod, Amtsantritt
usw. von Angehörigen der Universität und
Stadt Frankfurt a. O. Aus den Jahren
1592 bis 1648.

Ein Verzeichnis befindet sich im
alphabetischen Katalog des
Beamtensinners.

19



Nv 827

48 20.
HONORIBUS
NUPTIARUM,

Viri Reverenda dignitate,
Insigni linguarum literarumq; sacrarum,
prophanarum, doctrina,

AD

Basilicam superiorem Francofurtanam,
MYSTÆ Spectatissimi,

DN.

M. JOHANNIS-CHRISTOPHORI LUDECI,

Cum Virgine

URSULA-CATHARINA
TUCHSCHERIA,

Formæ ac puellarium Virtutum orna-
mentis condecoratissima,

DN. D. PHILIPPI TUCHSCHER

MEDICI consummatissimi, Natâ,
celebrandarum,

Bona verba dicunt Affines,
Fautores, Amici.

FRANCOFURTI

clō lōc XXXIX,

d. XI. FEBR.

— Literis

Michaelis Kochl,

Cordibus affectum Dominus LUDECUS ut imis
Senserat, Antidotum quærere cura fuit,
Pharmacopœorum varias inquirat in arcas,
His si radicum fortè quid, aut lapidum.
Sed frustra: Hinc animo curarum semina tristi
Crescere, sollicitumq; exagitare Virum,
Donec id, esse domi Medicis arcana peritis,
In mentem venit, certa salutis opes.
Rectè ergo ad Medicum, cui dum sua vulnera pandit,
Coniunctis agitur curaq; consiliis,
Ecce animo occurrit cœlesti, plantula, flatu,
Antiquo insignis nomine COSTA - VIRI.
Hac est prisca LUDECUS ait, multumq; probata,
Hac erit affectu planta medela meo!
Quod si pace Tua, Medicorum CELSE, licebit:
Hæc erit affectu planta medela meo.
Annuit ILLE, favore Viri, quem pluribus annis
Intererat Cathedra, rite valere, sacra,
Annuit: en RECIPE hoc periapton & apprime Cordi
Virgineum, cordis Planta ea Planta mei est!
Hoc aptanda die est, Fratres, Medicina, precatus
Fundite, prolifera ut sitq; salutifera,
Et Generum & Socerum fecundet frondibus, olim
Quæ Paradisiacis endoserantur agris.

Sic comprecabatur

Tobias Magirus Profess. Publ.

Conjugio REVERENDE tuo nisi vota daremus,
Non foret in nobis vel pietatis amor.
Verum vota damus. DEUS addat pondera! majus
Votis Conjugium sit, REVERENDE, tuum.

Lipsia f.

M. Joh. Bened. Carpzov SS.

Theol. Baccal. & ad D. Thomae

Ecclesiastes.

Fata regunt homines, fatis junguntur amores,
Attamen ista tuo numine, CHRISTE, regis,
Te sine non ulli bene conjunguntur AMANTES
Omnis at hinc à TE, quæ pia, SPONSA venit,
Connubium, quodam confirmat fœdera lecti,
Oæterne DEUS, TE statuente, manet.
Numine sic etiam dabitur TIBI, SPONSE, favente,
Nympha modò in thalamos, sæpè petita, tuos.
Unde TIBI tædæ precor omnia læta jugalis,
Blandus bina toro pectora nectat amor.
Iurgia pellantur thalamo: Pax aurea VOBIS
Adsit, & in quâ vis sorte parata FIDES.
Fœcundi edatis communia pignora lecti
Innumerâ crescat vestraq; prole DOMUS.
Utraq; sit concors ad velle & nolle voluntas,
Nolit quod nolis: quod volet illa, velis.
Tandem SPONSA, precor Cùmææ secula vatis,
Nestoreos verò vincito SPONSE dies.

Anno, qvo

Ipsi Iohanni. Christophoro LVDeCo

Dabit Vr Virgo VrsVLa Catharina TVChfCheriana.

Gratulatio animo, & calamo conscribita.

Christophoro Damerovio, Elector:

Dicastery Neo-Marchici Protonotario.

A 2

Dixisti

Dixisti toties *CHRISTI* Reverende Minister
 LUDECE, & legis *Buccina clara sacra:*
*E*renon equidem est hominem pervivere solum,
Qua vox è summi est ore profecta DEI.
Hoc Amor audit stans Connubialis ad aras,
Corda ligat nexu qui socianda sacro,
Et secum: quid enim nos hic in vota lacescit,
Ire ministratum Conjugibusq; rogat,
Ipse tamen nostri mantans incurius, inquit.
Quodq; docet reliquos, ipse patrare negat?
Appositam quare captat studiosius horam,
Quâ cordi posset se illatebrare tuo.
Tempus erat media post alta silentia noctis,
Esset ubi fermè prima peracta quies,
Attollit subitò niveis se lucidus alis,
Vittatusq; tuum constitit ante torum,
Semisopora levi perstringens tempora pennâ,
Atq; latus fodiens molle jacentis ait:
Quàm, pie Mylta, diu gaudebis celibe vitâ,
Ut videare meas tenere velle faces?
Mène subarrandis vocitabis sepe maritis,
Ipse jugo renuens subdere colla meo?
Tûne aliis thalamum suadebis a symbolus ipse,
Exemplo dictis astrue queso fidem.
Cum dicto expromens pharetrâ splendente sagittas,
Non quales Cypriae filius ales habet:

Codicis aſt quales ſacroſancti theca recondit,
Sola animum poſſunt qua ſuperare tuum,
Nec ſummam rupere eutem, ſed cordis ad ipſum
Transivere, deo te feriente, ſinum.
Excuffus ſomno properè & vix fracta ſopore
Lumina ſuſtollens, ſic trepidanter ais:
Quisquis es ô, hominem vox haut ſonat illa, profectò
Numen habes, Genium nec reor eſſe malum.
Si qua tibi noſtris cenſetur moribus apta,
In caſtum veniat muſtea virgo torum.
Si pia cum primis, & CHRISTI fervet amore,
Si caſta & ſoli culta placensq; DEO,
Gratia ſi formæ, ſi dos accedat opima,
Si probitas morum gnavaq; cura domûs.
Hac ego non agrè ſlecti me poſſe fatebor,
Hac qui non capitur, ſit merus ille ſilex.
Ergò manûs caſto præbes ſuperatus Antori,
Ægrotiq; petis more jacentis opem.
Vix ea fatus eras, ſubridens ſic Amor inſit:
Ad votum res eſt per bene cepta tuum.
URSULA TUCHSCHERI CATHARIS pia Nata PHILIPPI,
Qui Medici fulget gloria magna chori,
Vulnere TE noſtro ſanare parata gementem eſt,
Tu modò ne medicam quarere differ opem.
In mores migrare tuos non illa recuſat,
Quatecum eſt telo ſaucia facta pari,

Virgo decens cultu, vultu incessuq; modesta,
Ex oculis pietas cui genuina micat,
Quam magè formosam nec Zeuxis pingere possit,
Et voto faciet quæ satis unatuo.
Vulnera quæ vobis inflixit dextera certam
Latura est rursus non dubitantes opem.
Annuis, ô sed quid monstrata puella moratur?
Inquis, habent magna commoda parva mora.
Parva etiam senio morula est mihi dividiq;
His animum verbis mi sacer addis Amor.
Sed jam te vultu letans exspectat ameno
In thalami leges corda daturus Hymen.
Jamq; Novensilium resonant concentibus aures,
Cantantum tædis prospera quæq; tuis.
Pulsat Apollo chelyn, triplex it Gratia in orbem,
Et cælum studio rumpitur omne tur.
Quam bene decreto summi nutuq; Parentis
Hæc duo conciliat pectora castus Amor.
Ambobus pietas eadem & reverentia sancti
Numinis, & mores convenienter eunt.
Felicis anima, quas copula colligat ista,
Supremo citius non soluenda die.
Vivite concordēs, date, reddite basia mille,
Affluat ut vester prole frequente torus.
Quæ genus æternet TUCHSCHERI, quæq; LUDECI,
Indeq; laus summi crescat honorq; DEI. ○

O quem canities multum venerabilis ornat,
Artibus è mutis nec moriturus honor,
Gratia quem fandi cumulat morumq; venustas,
Te sit ut agrotis penè videre salus.
Qui faber es vitæ clarissimus arte medendi,
(Semper habet primas, te quoq; dante, DEUS.)
Addere si qua potest trivialis puncta Senator,
Do Tibi ego cura pars quotacunq; tua.
Stabit apud memorem veteris bene gratia facti,
Teq; animo semper Clare PHILIPPE feram.
Gratulor hunc Generum, pietatis amore flagrantem,
Moribus ornantem dogmata sancta probis,
Ut Schola Filiola sit vita futura Mariti,
Qua tibi plus oculis est adamata tuis.
Hæc quoq; mellitos debet tibi Natanepotes,
Spes senis grandes deliciasq; tuo,
In quorum quondam tua laude senecta quiescat,
Qui referant animi Teq; Patremq; bonis.
Ista voluptati vobis conjunctio magna
Opto sit ex animi mente precorq; mei.
Me novus invitum Cognati ex morte NEANDRI
A vestris cogit luctus abesse sacris:
Publicitùs doeuit qui linguæ arcana Pelasgæ,
Decessit, quo nos scribimus ista die.

M. JOANNES MOLLERUS Scholæ
Francof. Rector scribb. a. d. 5. idus Febr.

Conjugium est Juvenum, non est Venus apta Senectæ,
Plerunq; in Senibus seri ridentur amores:
Consilium thalamo jucundum mente sagaci
Pervolvunt homines, qui sunt juvenilibus annis,
Dum florent animi vires, & corporis artus.

Ponderat hoc noster viridanti ætate **JOHANNES**
CHRISTOPHORUS Phæbi **LUDECUS** in arte Magister,
Hic **CHRISTI** populum pascens docto ore Sacerdos.
Cogitat id Viduus marcenti ætate **PHILIPPUS**
TUCHSCHER Apollineæ Doctor clarissimus artis,
Svibusæ populo semper gratissimus urbis;
Nunc ripæ Viadri Podalirius alter amœnæ:
Ille perit Natam, non abnuit iste puellam,
Ingenio celebris Præco spatiat in hortum
Mox occurrit ei vitis frondosa, virago
Insigni **REINHARDORUM** de stemmate nata,
Quâ visâ, telo jactum se sentit amoris,
Conveniunt juvenes ambo juvenilibus annis
In thalami fœdus, **CHRISTO** duce, & auspice **CHRISTO**,
Haut prodest posthac mortalem vivere solùm.
Cum juvenem juvenis, cascam cascusq; reducit,
Florentem juvenem sequitur festiva puella,
Et constanter amore suo complectitur isthunc,
O benè rem gestam, paribus nupuisse decorum est?
Surgere mane rubro, maturè adjungere costam,
Non horum potuit castum tædere maritum,
Qui natos optat vivus spectare viriles.
Pol duo non casu junguntur pectora in unum,
Divitiæ à largo veniunt aliquando parente:
Sed bonus, & doctus conjux descendit ab Alto,
Assidua, ac formosa uxor de vertice cœli est.

Con-

Conjugium quodcunq; bonus fortunat IESUS
Cunctorum passim Neonymphorum optimus Hospes,
Semper huic praesto est pacis Concordia nuerix,
Nec locus, aut spatium tales dirumpit amores.

Hunc cupit, hunc opto SPONSO, utq; virilibus annis
Ex horto persapè rosas LUDECUS amoenas,
Atq; ex vite sua maturas colligat uvas,
Aspiciatq; suos in posteritate nepotes
Ingenti numero, gratos Hominiq; DEOq;.

M. Andreas Ebertus, secundus à primo

Schola Francofurtana Collega, & Senior.

Divus Adrianus:

l. cum ratio. 7. ff. de bon. damnat.

Malo hominum adjectione, quàm pecuniarium
copia ampliari Imperium.

EST vox digna Viro, magis est sed Principe: Regnū
Malle hominum turbis amplificare suum
Quàm fines terra crudeli extendere Marte
Qui simul indigenas depopulatur agros.

Ille igitur verè est Augusti nomine dignus,

Hic sed prae donis nomine dignus erit.

Hinc meritò LUDECE tui laudantur amore,

Qua q; venit thalamo casta Virago tuo.

Hac etenim multâ faciet te prole parentem,

Qua poterit plures edificare domos.

Ergò quis Augustum LUDECUM dicere nollet

Augentem terras & heredasq; domos.

cum voto fecit

M. Henricus Coelestinus Berlinas.

B

67

Ὅτι ἔοικεν, μηδ' ἀγαθόν, μέγιστον
Ἄπαιλα φωνὰ τελέθη θεοῖο,
Φῶτ' ἰὸν ζῶειν, ἰδὲ φῶς βλέπεσθαι
αἰετίοις.

Δῶμα ἰὸν σιῶειον ἀρωγὸν αὐτῷ.
Ὡς θεὸς δὴ ἔννεπεν, ἕκ τε πλευρῶς
εἰς ἀρηξίν καλλιπάρηον ὤκα.

πλάσε γωαῖκα
καὶ πῖν, ΛΟΤΔΗΚΕ, σφῶν ἄωπε
ἠδὲ φέγθαι ἠολόγων, ἀγητῶν
ταῖν φυαίν, εἰδθαι τ' ἀρετὴν τε πλάσε,
δῶκε τ' ἀκοίην.

θεύμορον δῶρον κραδία γελανεῖ
Γω δέκευ, σὸν σέργε τε κλαῖρον ἠδη.
σὸκ ἀπόβλητ' ἔστι θεοῖο δῶρα,

ὅσα πορίζει.
Ἄλλυτθαι δ' αἰεὶ χάρις, ἀπρόπαντα
Μείλιχα θνατοῖς τάχα πύχει, δὲν ἠ
εὐτέκω καὶ δάμαλι κυδθαι, ἠδὲ
Χάριμα φέρεθαι.

τῶν κρήνον θεός. εἰ γ' ἀρειον
εἰδὲ κρείσσον κ' ἢ ὄθ' ὁμοφρονῆντα
καὶ ἀνήσ γω ἠ τε νοήμασ' ἀγνοῖς
οἶκον ἔχηθαι.

Johannes Eveler Landishutta - Sil.

Quæso dic mihi, quo crescat in hortulo
Fortis, mente piâ, casta q; foemina?
Nam donum est medicû & munus amabile,
Quod nemo potis est rite potirier,
Virtalis nisi, qui corde Deum timet
Et Verbum Domini quotidie colit.

Aff

Ast talem Dominus Virginem amabilem,
Formosam lateri sic quoq; Conjugem
Junxit, quæ tibi dat dulcia pharmaca,
Reddit corde suo prompta labellulis.
Nunquam tristis ea est, nec quoq; somniat,
Sed semper vigilat, sæpè rogat DEUM.
Hoc ergò tibi nunc carmine gratulor,
Fautor, docte Vir, & candide Presbyter
Divinum auxilium mente tibi precor
Devatâ, ut tribuat Rex sapientiam.
Quam summus Genitor mittit ab æthere,
Quò possit placidè pascere agnellulos,
Errantes homines inq; viam DEI
Perducas, tetricos dogmate corrigas,
Expellat DEUS his Asmodeum ædibus,
Et longè absit Eris, duret Eros diu,
Vivas cum placida conjugè Nestoris
Annos, hanc hilari prole beet DEUS.

*Ex benevolò animi affectu gratulabatur
Fautori suo*

Sebastianus Blasius Francof. March.

Diligitur Christo, Christum

qui diligit ipsum.

Cui DEUS est gratus, qui nec cluso ore Jehovaham
Circumfert, patitur nec sibi vera rapi,

B 2

Is de-

Is demum est, oculis quem Christus ferre vicissim
Non negat, & grato munera grata refert:
Sic, quia luxisti, Paranympus, Nymphæ, fidelis
Christo, coelestem rite parando Torum
Hinc Christus gratum bellâ, promente, beavit
Te Kathara, en fœlix quàm Neonymphæ sies!
Sis, precor, ô Neonymphæ diu, Neonupta q; sospes
Prole pia haud steriles vivite, amore pares!

Moris ergò fudit

Daniel Fabritius Wüsterhus. March.

IN præsens multi votiva melismata mittunt,
Et multi verbis prospera quæq; vovent.
Hunc quoq; me jam nunc decet observare tenorem,
Mî licet invideat gratia Melpemones.
Nam, L U D E C E, sacrum celebris sophos atq; profanum,
Mox tibi ducenda est Sponfa novella domum.
Nec te protelant Liroe, quasi fulmina, Pape,
Qui, cluat ut coelebs Presbyter, ipse jubet.
Papanas etenim reprobat vox enthea campas,
Nubat & ut Mystra fœmina multa probat.
Quippe bonum non est, ut degat conjugis exors,
Quem bonitas Jovæ flore vigente beat.
Deinde sacerdotes Fœdus præmonstrat utrumq;
Queis socii licuit fœdus inire tori?
Queis tamen haut licuit viduam ducere profanam,
Pristina ne meminens lauria fortè petat.
Quisquis enim jungit viduam sibi, nonnè frequenter
Audit, conjugium prævaluisse prius?
Nonne graves curæ geminant, quia sic venit usus,
De doceat mores, ut doceatq; novos?

Ergò

Ergo legit potius puram Symmysta puellam,
 Sponsa quod & Christi sit puta pura docens.
 Et tu legisti parilem, L U D E C E, puellam,
 Hanc & legisti, quæ mihi chara soror.
 Euge precor, Christus properet paranymphus adesse,
 Qui det, duret eros, det, nihil ardet eris:
 Det, ne vos reddat monogrammos querquera febris,
 Det sed Nelidis vivere secla senis.
 Quod votum siquidem parapherna vel optima vincit,
 Has citò jacta rates ancora jure tenet.

David Tuchscherer Sponsa Frater.

Α Γχι παρέστηκεν, Φίλε πη, γαμήλιον ἡμαρ,
 Ὅπως κερδίη σοι δίδοται ἀλοχῶ.
 Ὅν ἀχῶ ἔστω χερὴ κερδίω καὶ θυμὸν ἰκάνειν,
 Αὐτὰρ σε ζώειν χερὴ μάλ' ἀγαλλόβηρον.
 Κέρη δ' ἦν γαμίεις, ἑπ' αὐτῶ πατρὶ κῆδῶ ὀπάζεις
 Εὐδία ἐν φανέρη, λαίλαπι τ' ἐν σκοπίη;
 Χερῶ ἐπευχουδρὴ πάλυ πολλάκι χείρας ἀνίχθεις
 καὶ θυμὰ λεπταλέη ὕμνον αἰεῖσαι ὀπι;
 Θεσπέσιον σωεταῖς ἐνὶ θυμῶ ῥήμα φυλάσσει
 Τῆς, ἀγίας τε δρέπῃ ἀνθεα διαγραφῆς;
 Οἰκείων, γυνὴ ὡς Χερῆ, μέγα κηδέεται ἔργων,
 εὐσεβῶν τε πορῶν κλειτὸς αὐτῶ ἔφθ.
 Τεῖς μάκαρ ὅστις ἀνῆς τοιαύτης ἔμμορε ὠμφῆς,
 Ὅν εὐζῶ ἀματῆ, Νυμφίε, πάγχυ μάκαρ.

Concinnavit epos gratantum turba sophorum
 Votaq; jam votis accumulare cupit.
 Comprecor, hoc imitans, tædas, L U D E C E, secundas,
 Quas nec Enyo angat, quas nec Erynnis agat.
 Hæc sed vota tibi sedeat firmare, Jehova,
 Tu benè quæ firmas, vota valere solent.

Esaias Tuchscherer Cott. Lusat.

B 3

Quaritur

Quaritur an Verbi divini jure Ministris
Conjugij liceat fœdus inire sacrum?
Denegat hoc Præsul Romanus Bestia seva
Quem veneri illicita sacrificare juvat:
Hocce negant Monachi, signati vertice tonso,
Uxorisq; loco perfida scorta probant,
At Auctor summus thalami dixit DEUS, haut est
Consultum, sociâ si sine vivat homo:
Ergò Evam Sponsam Sponso conjunxit Adamo
Ut duo non duo sint, unica sed caro sint.
Non Laicis tantum legem tulit ille jugalem
Sed quoq; Presbyteros jussit amore frui.
Hinc dedit Abrahamo Saram; dedit ille Rebeccam
Isaac; Jacobo junxit & ille Rachel;
Hinc etiam sacri sese sociâre Prophetæ
Conjugij vinclo, quod sacra verba probant;
Hinc vera fidei Tharsensis Apostolus ille
Pastorem uxorem ducere ritè jubet.
Hinc se primævæ Patres Ecclesie amore
Junxerunt parili, ut pagina multa refert.
Cui nunc parendum, dic relligiosa Thalia
Nunc vox Pontificis plus valet anne DEI?
Non Papæ decreta, Patris sed jussa supremi
Obsequium poscunt, Norma q; nostra sient:
Rectè igitur tadas pangis Patrone colende
Dum venit in thalamos URSULA Sponsa tuos.

Sit

Sit procul à vestro thalamo fors noxia, catus
Angelicus lites, Asmodeumq; fuget.
Sit thalamus felix, sit terq; quaterq; beatus
Secula perduret Mathusalea, Precor.

Reverendo atq; Clariss. DN. Sponso, Patrono
suo pl. venerando, debitæ observantiæ ac gratitudinis
ergo scrib.

Ditmarus Koch/Holtzhuf. Austrius.

Ex Psal. 128.

FOELIX laudatur, *Johva* qui servat honorem;
Est felix nimium! nam bona quæq; tenet.
Huic operum quodvis succedit, ut ipse peroptat,
Dulcia hic è proprio fercla labore capit.
Hunc uxor formosa uberi vel palmitis instar
Innumerâ exhilarat prole, piaq; Virum!
Quæ cingit Patris lautam velut agmine mensam
Et facit innumeros hunc superesse dies. (precanda:
Hæc sunt, quæ REVERENDÈ, Tibi, NEONYMPHE
Sunt, quæ conveniunt & NEONUPTA, Tibi,
Ipse ex arce Sion *Christus*, moderator *amorum*
Christiadam, votis numen inesse velit!

** ** *

Jungfrau Bf sel Kathrina Zuchsscheererinne.

Die Buchstaben umbgesagt.

Was traurens Ihr? Ich kan Euch sein Lust erregn.

Exegesis:

WAS traurens wollet Ihr dann wol nu weiter heegen?
Ihr D mein halbes Ich! Ich kan Euch sein erregen

Ergeh

Ergesigkeit vnd Lust! Spricht Ewre Nympf vnd Wonn/
Herr Bräutigamb/leber hört/ Sie will sein Ewre Wonn.
Drumb gebt ein wenig an das Sorgen / so zu machen
Euch pflegt Ewr Seelen Ampt/ Weil doch zur Fremd' vnd Lachen
Der Abend angelegt: Ich aber wünsch' allein/
Dass Ewer beyder nun hinfort ein Herz nur sein!

Observantiz & honoris

ergò hæc pauca app.

Wolfg. Andr. Vicritz.

Conjugij jam lene jugum feliciter intras,
Jam petit amplexus Sponsa pudica tuos,
Conjugij dum lene jugum feliciter intras,
Hoc precor, ut semper sit tibi lene jugum.

Vivite concordés, nam si concordia desit,

Conjugium certè non nisi triste jugum.

Ita gratulabatur,

Admodum

Reverendo Domino

Sponso,

M. F. Seidell Berolinensis.

3 (o) 50

8

T. M.

165

Hunc igitur gradilem quoq; praetervochy er annua,

Vix sine qui noxa creditur ire viris,

Quo super occiduam legem posuere vetusti,
Exemplo multi quod docuere senes,

CLARE Vir & nostri lux magna Magirelycu,

Barbaricus p̄orgit cui superata manū,
Insidiis crebro petat te Parca protervir,

Eximius cupidi suta nocere viris

Frugeque multiplici conatur frangere factor

Invida sic studit ^{cernitur} ~~credatur~~ esse bonis.

In castris tamen hancce sive Acterna coedit

Quae summo venit nato Parente Salus

Non cladem inferri studuit ea passa docovir,

Quis labor praesto te moriente foret.

Ergo adis tecum persolvo sestra libenter

Autori vitae p̄ctore & ore Deo

Qui tibi perpetuam clemens velit esse salutem

Et vitae adjiciat saecula multa tua



Sic matrona tui reverens optaverit Uxor,
Quae radiis fulget pulchra, corusca tuis;
Sic studiosa tuo quae pendet ab ore docentis
Discendi flammans optima, amore coloris,
Sic aspiranter laudum ad fastigia Nati,
Doctrinae existunt qui simulacra tuae:
Sic qui te studio veri coluere perenni,
Mirati varias conurbationis operis,
Candorique tuo se commiserunt volenter,
Ut sibi presidio Nominis umbo foret
Quor inter si me digneris habere fauenter,
In magni laetitia duxero parte mihi,
Quantumvis rudior testetur pagina cultum,
Cunctis veneror quo sine fraude tuam.
Qui me perpetuo immeritum dignatus amore est,
Iussisque tuam sponte patere domum.
Huius ^{id} aeternam cupio meminisse favoris
Atque tibi ab his prospere cuncta precor,
Magnae Viri & nostri celeberrima fama Lycei
Aeterna insigni vive MAGISTRE bene.

Nuptiarum 1. P.

Magna tibi incumbit longae gravissima cura
Flor juvenum, . . . profata gente bonae

Non modo namque saltem curas Principis ita iussit.

Saxa molaria sed te quoque amice premunt

Audiit Elector, credo, de robore Magnus

Corporis ac animi plurima sapientia.

Hae tibi propterea pariter commisit a-
gendas,

Quae te jam dudum noverat esse parae

Non levis aut parva est provincia fa-
lis habenda

Nam duo sunt, quibus sacra vita carere

Quis es Praefectus Sparta dignandus
nequit. honesta

Civicus ordo tibi rustica plebsque

Ecquid agas solus, sociam tibi quare
fidelem

Sisyphium tecum quae pia portabon

Opprimere alias curis immerse profun-
dir

Partiri dicas, experiere leves

Quaeristi, fama est, cultamque puellam

Quae tibi lata libens suppositum latet.

Debet easse pius morata parentibus orbi,

Et veram CHRISTUM religione colit.

Nec pietatis amor sincerus deseret illam
Auspiciis salve Sponse precate bonis.

Hic exercebis laetus labra atque molares,

Cum Sponsam misceris salsa subitanea

Quae Venus: ad thalamum stans dilaudabit

Et quinta tingent oscula parte sui.

Sponsa tibi officii pondus studiosa levabit

Imminui curas ut fatigare praeves.

Tortius ergo ista, tibi cura sitque salinum

Tu quoque jam molitor perperotare mo-

Sic voveo at qui non didici factura
farinam

Cui Pater ille tuus charus amigerat.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



Inter adversaria mea reatum carmen

in iacturam librorum meorum

in disflagratione urbis Cornae 160
As CHR. 1631.

partim ignis vi absumptum

partim a milibus ablatum.

Impiis in nostras invasit miles amores,

Nec dubitat positam dicere fronte suor.

Prostitit, lacerat, nec in usum vertit honestor,

Ista meum scindit foeda rapina pecor.

Quæris, qui nostri sint dicentur amores?

Nempe mihi soli sunt in amore libri.

Hoc mihi fatalis quævis ira pepererit ignis

Quo patria in cineres tota redacta fuerat;

Hoc mihi sacrilego rapuit stratiota tumultu

Cum tamen baud uti naty ad arma quæcat.

Redde mihi creptor scelerate Lavernio amores,

Hoc proprias nobis tactis nulla tibi est.

Quor ego sumptor mihi lego, reddito libror,

Allex namq meos injicioque manum.

Si quid habere vevis, sed habet sacra pagina, rapta

Quod fecisti alijs perpetieris idem?

Hæc tibi dicere scribetur libera longa,

Discipulus quando conficere crucis.

D. O. M. S.

Tumulus Sebastiani Bläsingro
Francofurt. Marcbei, inferiorum clas-
sium in Scholâ Patriâ Praeceptoris
industrii

Prima docere tibi pueros elementa tenellos,

In tenui labor, at non sine fruge fuit.

Ocius ex isto BLASINGRO ^{concreta}

In caelis CHRISTO ^{missus} praemia dante capir.

Natus anno CHR.

1606 d. 18 Decemb.

Ob. Ao 1640 d.

4 Maji

Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciboro.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij

A. 624, aetate mea 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quò Deus Autor,
Quò te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnam opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus
Numinis, atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

SPIRITUS Orator celsus ille, tuam.

Seminium Disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

BAPTISTAM ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

GEBELI! vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quos sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene serò) tuis,

Cum tuba te rupta tumba revocabit ab umbris,

JOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursum te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati praemia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;


JANE mihi multo n nomine cbarè! **VALE.**

ULB Halle

3

002 062 674







20.

N O R I B U S

UPTIARUM,

nda dignitate,

rum literarumq; sacrarum,

opbanarum, doctrina,

AD

uperiorem Francofurtanam,

YSTÆ Spectatissimi,

DN,

ANNIS-CHRISTO-

HORI LUDECI,

Cum Virgine

A-CATHARINA

CHSCHERIA,

uellarium Virtutum orna-

tis condecoratissima,

ILIPPI TUCHSCHER

r consummatissimi, Natâ,

celebrandarum,

verba dicunt Affines,

Fautores, Amici.

RANCOFURTI

o loc XXXIX,

d. XI. FEBR.

Literis

Michaelis Kochl,